



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Exempla S. Scripturæ, ægrotantium, & ad magos non currentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Guilielm.  
Abb Bonz-  
uallis in vita  
S. Bernard.  
apud Sur.  
10. Auguſt.

vti par erat, ſupplicio affici juſſit. Vſque adeò & Imperatores in terris, & Diui in cælis à rebus magicis abhorruerunt. De D. Bernardo dicitur in vita eius: *Cùm Bernardus adhuc puerulus graui capitis dolore vexatus in lectulum decidiffet, & mulier quadam dolorem carminibus mitigatura ad eum acceſſiffet, ille acri indignatione commotus, incantatricem clamoribus à ſe repulit, abegitq;: & impetu quodam Spiritus è lecto exiliens, mox diuinitus ab omni dolore ſe liberatum agnoſcit.* Nimirum meretur Numinis auxilium, qui dæmonis ſpernit obſequium. Malè Deo adhæret, quem quiuis ventus ab eo auellit, & ad hoſtem Dei poteſt impellere.

## X.

S. Chryſoſt.  
in epil. ad  
Coloſſ. hom.  
10.

Fortiùs Dauid, fortiùs alij ægroti cum Conditote ſuo fuerunt coniuncti, quos nulla ſolicitudo, nullus dolor potuit à charitate Domini ſui ſeparare, & ad deos alienos inuocandos tranſferre. *Dauid rex, inquit S. Chryſoſtomus, diligebat filiolum agrorum, & in ſacco quidem, & cinere jacebat: verùm neq; diuinos, neq; incantatores adduxit; quamquam tum tales eſſent, id quod in hiſtoria Saulis liquet. Sed Deo ſupplicauit. Vt ut diligas filium, non tantum diliges, quantum ille tum diligebat. Et in oratione aduerſus Iudæos: Ille 38. annis detentus fuerat inſirmitate ſua, ſingulis annis currebat ad piſcinam, & ſingulo quoque anno repellatur, nec aſſequebatur ſanctatem, in perpetua paralyſi manens. Nec tamen conſugit ad diuinos, non adijt incantatores, aut proſiijt ad eos, qui per applicaturas promittunt ſanctatem, ſed exſpectauit diuinam opem, eaq; tandem admirandam quamdam, & inauditam ſanctatem adeptus eſt. Lazarus autem cum fame, cum morbo, cum ſolitudine. per omnem vitam colluctatus eſt. non triginta & octo annos verſatus in his, ſed per omne vite tempus. Sic igitur & exſpirauit in diuitis veſtibulo jaccens, contemptus, irriſus, eſuriens, canibus pabulum obiectus. Sic autem illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes, vlceratq; illius lingentes, poſſet abigere. Haud tamen querebat incantationem, non petala circumligauit, non expertus eſt impoſturas, non veneficos ad ſe vocauit, nec aliud quidquam vetitarum artium tentauit, ſed prius habuit illis immori malis, quàm vlla parte deſerere pietatem. Quam igitur veniam nos impetrabimus, qui, cùm illi in tantis malis perdurarint, ob febriculam, aut leue vulnus procurrimus ad ſynagogas Iudaicas, veneficos, & impoſtores in ades noſtras acceſſimus?*

Adeò